Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1067
Quelle:
Copyright:

Vallarſ. n. LVIII. incipiens ab his verbis: *Obſecro te — ut multitudines hominum et ſalutationes et conuiuia* &c.

IV. *fol.* 10. p. 2. *Incipit tractatulus beati Bernhardi de uita et moribus.* Initium: *Petis a me mi frater kariſſime. quod nunquam et nusquam* &c. Spuria illa *Formula boneſtae Vitae* a nobis ſaepius indicata, et in T. V. edit. *Pariſ.* 1690. p. 794. f. repoſita.

V. *fol.* 14. *Sequitur Epiſtola de penis inferni.* Addi poterat *et de Gaudiis Coeli;* utrumque enim tractat Anonymus, qui ait ſe tempore peſtis acerbe graſſantis ſcribere. Incipit vero: *Scribis ad me mi amice colendiſſime, ad que quamuis reſcribere debeam* &c. Adhaeret Schema pertinens ad ſequens Opuſculum.

VI. *fol.* 21. *Incipit tractatus Beati Auguſtini de ſcientia ſalutis.* Initium: *Duo ſunt que debet habere omnis homo, bonam fidem et bonam vitam* &c. Cento de Symbolo Fidei, VII. Sacramentis, Decalogo, Operibus Miſericordiae &c.

VII. *fol.* 23. *Incipit tractulus beati Auguſtini de miſeria hominis.* Initium: *O Vita que tantos de propriis decepiſti* &c. Eſt inter *Sermones ad Fratres in Eremo n.* XLIX. edit. *cit.* T. VI. *Adp. col.* 362. itaque ſpurius.

VIII. *fol.* 25. p. 2. *Auguſtinus de contemptu mundi ad clericos.* Initium: *Audite fratres kariſſimi ſalutiferam patris ueſtri doctrinam* &c. In mox cit. *Adpend. col.* 293. Incerti Autoris.

IX. *fol.* 29. p. 2. *Incipit tractatulus beati Bernhardi quomodo homo debeat compati crucifixo domino.* Initium: *Ad compaciendum domino noſtro Ihesu chriſto crucifixo primo ſtudeas quantum potes vnire te illi* &c. Senſa quidem *Bernardi*, contextum tamen non reperio.

X. *fol.* 33. *Incipit ſpeculum beati Auguſtini.* Initium: *Quoniam in medio laqueorum poſiti ſumus* &c. In edit. *ſuprac.* T. VI. *Adp. col.* 135. *Manuale* inſcribitur, et aliud eſt a *Speculo*, et a *Speculo Peccatoris*, quae ibi ſubſequuntur. Eadem nempe facilitate Aetas illa ſuperior fuit in ſtatuendis Titulis, qua in adſignandis Autoribus operum.

XI. *fol.* 47. p. 2. absque Inſcriptione Tractatus *pro Uſu Calicis* in Caena Domini, quo reſpondetur ad XXX. *Argumenta* contra Sentientium. Incipit: *Quia emergente patula chriſti ueritate diuiniſſimi et tremendiſſimi ſacramenti eukariſtie, eiusque ſaluberrima communione ſub utraque ſpecie ad cunctos fideles clarius effulgente* &c. Ad calcem minio: *Finis in Vigilia Andree anno M°CCCC°LXXXIII°.* Nullum dubium, quin *Pragae*, ubi eo tempore iſthaec fervebat controverſia.

XII. *fol.* 77. *Iſte determinaciones ſcripte ſunt ex Libro Magiſtri Mathie Pariſienſis quem intitulauit de regulis veteris et noui teſtamenti Pro communione quotidiana. alias frequenti vtriusque ſpeciei. Venerabilis vero Johannes*

horlewan